



**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia  
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus  
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas  
Gregorii IX. P. M.**

**Zoesius, Hendrik**

**Coloniae Agrippinae, 1691**

Titulus XXXVII. De Capellis Monachorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

clausuram in posterum omnes adstringit. Trident. verò d. Sess. 25. de Regul. c. 1. tautum velle ut clausura, ubi violata fuerit, diligenter restituatur, ubi inviolata, conservetur: ut possit vide-  
ri, ubi Regula non haber clausuram, non posse ad eam cogi. Moniales. Verum Constitutione Pii Quinti, incipit Circa Pastoralis, & Gregorii XIII. incipit Deo sacris, omnino mandat clausuram, etiam Regula eam non præcipiat: qua duæ Constitutiones ligant, ubi usu sunt receptæ & optimum fore eas re ipi. ut evicteur pericula. Vide Franc. Zypæum, in Analyse Iuris Pont. novi de Regularib. n. 41.

Ut autem monastica disciplina melius conseretur, instituenda tertio quoque anno Confilia Provincialia, quibus cellapla reformatur, peccata corriganter, c. 7. & 8. h. t. ubi edocetur, quo modo, ubi, quanto tempore Confilia sunt celebraanda.

11. Seculares ad præbendas in Monasteriis non sunt admittendi, ne per eos contingat destrui Regulam, c. ult. in fine b. t.

## TITULUS XXXVI.

## De Religiosis Domibus.

## SUMMARIUM.

1. Religiose Domus quæ dicantur.
2. Earum visitatio & reformatio spes est ad Episcopum.
3. Religio nova nisi auctoritate Pont. induci non potest.

1. Religiosæ Domus nomine veniunt quælibet loca pia & Monasteria c. fin. b. t. quæ singula iubentur habere suum Superiorum. Unus pluribus præsidere, aut in pluribus Monachum agere prohibetur. Propriæ Religiosæ Domus dicitur Xenodochia, Nosocomia, & similia. \*Quæ ordinanda, visitanda, reformanda ex Regularibus, non etiam ex secularibus, nisi in illorum def. &c. c. 5. b. t. idque per Episcopum loci (nisi sit exempti) quibus ab eodem & administrator præficendus, qui fructus in usus desinarios convertat; aut, si convertere nequeat, in alios vicinos convertet, reddetque rationem sua administrationis Ordinatio. Trid. A. loco c.

8. Ad quarum rationum redditionem Ordinario faciendam non videntur teneri Monasteriorum Prælati, cum de iis non loquatur dictum Concilium.

Religionem novam nemo nisi auctoritate Pontificis inducit, ne ex Religionum diversitate oriatur confusio. c. fin. h. t. Clem. 2. eod. Adeò ut, si contingat aliquos Religionem non approbatam profiteri, eidem non obligentur, c. 1. eod. in 6.

## TITULUS XXXVII.

## De Capellis Monachorum.

## SUMMARIUM.

1. Capella quid, & unde dicta.
2. Capellis qui præficiendi.

C Apellas Monachorum aliqui dictas putant, quod populum capiant, quasi capientes λαβει, id est populum, composito ex Græco & Latino nomine. Verius derivatur ista dictio à Cappa, quæ regumen significat, quod velut tentorium factum secum vehere soliti Francorum Reges, quando erant in expeditione.

Harum nomine venit etiam Parochia & Prioratus, c. 1. & 3. b. t. quibus, qui subsunt Monasteriis, præficiendi potius secularis, quam Monachi, cum difficile sit secularibus deserviendo in monastica Regula persistere, can. Nemo xvi. q. 1. Monachi, si iis fuerint præfeci, revocandi sunt, aut socii iis adjungendus, si aliud non habeat privilegium Apostolicum facias mentionem Concilii Lateranensis.

## TITULUS XXXVIII.

## De Jure Patronatus.

## SUMMARIUM.

1. Ius patronatus aliud civile, aliud Ecclesiasticum.
2. Ius patronatus quid?

S 3

3. Iuris